

imprudencia. Ita sola jus agnoscit ratio, cui oculos tot præceptores, tot libri, tot monita atque consilia, tot casus & exempla vix tandem aperuerunt.

29 Quid quod Ratio etiam auctoritate multa, consilio, experientiaque adhibita in pudendos tamen sæpe errores deviat? Exemplo sunt non multi tantum doctores Catholici, sed principue Juris naturæ larvati scriptores. Hi tametsi gloriantur, sola se ratione uti, exclusis legibus humanis atque divinis, omni denique auctoritate, misere tamen fallunt. Afferunt enim deinde omnia, quæ legibus continentur de Domino, de contractibus &c. Quæ nisi è legibus didicissent, sane tam parum scirent quam pueri modo nati. Deinde vero auctoritate cum omnia didicerint, aggrediuntur de jure naturæ decernere, idque tam infelicitè, ut nihil sit adeo pudendum, impium, atque atheum, quod non ex aliquibus ipsorum decretis facilem accipiat defensionem. Auctoritate tanta adjuti cum hæc peccent, quid non essent,

peccaturi, si, quod falsum est revera sola ratione sua essent præditi?

30. Ex hætenus disputa- Solam ratio videor mihi probatum dedisse complura. *Primum* postulantem quidem, quam parum sibi constent heterodoxi, cum rationem solam pro principio justii cognoscendi statuunt: cum eam nihilominus magno comitatu auctoritatis aliarumque rerum instruere cogantur, quæ omnes tamen non sufficiunt ad eam ab errore immunem præstandam.

31. *Secundo* ex his confequitur, heterodoxos, qui nostros, qui nunc sunt, homines volunt sola ratione de justo decernere, hoc ipso velle, ut non sint tales homines quales nunc sunt, qui ex sua nativitate sunt rudissimi; quique plurima auctoritate & eruditione etiam accedente non tamen possunt in justo agnoscendo fieri nisi monoculi. Cum igitur contendunt, moderno statu usum principiorum suorum esse faciendum ita ut sola ratio sufficiat, volunt modernum statum esse mutatum & alium,

alium, & volunt homines nasci sapientissimos ac falli nescios, nec ullius consilii indigos. Quo nobis hæc philosophia? hæc mentis medicina? Qui sapientes sunt medici cum febricitantem curandum accipiunt, non dicunt: Huic corpori sola sanitas sufficit ad convalescendum: igitur cum sanam sanitatem possit habere erit sanus. Ita sapientes philosophi cum animos, qui jam nascentibus insunt moribidi, curandos sumunt, non debent dicere, huic animo ut ad sanitatem, hoc est, ad justitiam perveniat, sola sana ratio sufficit. Igitur si sanam rationem habebit per meam doctrinam sanabitur. Ipsi enim rationi potissimum medicina quaeritur.

Secunda Conditio hominum modernorum.

Sero venit usus rationis,

32. **E**a est fere talis. Omnes moderni homines in Germania post quinque, sex, aliquando post decem annos incipiunt cognitionem aliquam rerum & comparisonem adipisci, quæ dicitur

usus rationis. Id vero nullus nostrorum hominum obinet ex semet solo, sed omnes profus ex multa instructione aut exemplis superiorum, parentum, præceptorum, hoc est ex Auctoritate cui stant, quam sequuntur & imitantur nescientes quare? & moniti etiam sæpe, cur sit sequendum, adeo non percipiunt rationem, ut eam rideant; præsertim cum jam scioli sibi videri incipiunt. Hæcque puerorum eruditio adeo non spontaneum præbet incrementum plantarum more, ut plenam fastidii rem eam esse probe agnoscant, quot quot erudiendæ pueritiæ operam aliquando dederunt.

33. Pugnabit forte D. Wolffius, ut hoc, quod jam dixi, methodo scientifica demonstrem, nisi ludibrium debeam Ontologis ac Psychologis? At vero, siquid sentio, horum demonstrationem exigens magnum sane ludibrium debet vel nautis & nutricibus. Facti sunt ista. Facta sub demonstrationem non cadunt aliam, quam digitorum.

C

34. Fa-

Cum fit
res facti.

34. Facti autem hujus, nempe difficilis puerorum educationis experientia adeo est manifesta, ut omnes scholæ, omnia Orphanotrophia, omnes Ecclesiæ, omnes adeo domus, palatia atque magalia perpetuum, saxo, marmore, ære constans ac firmum ejus rei existent argumentum.

Testes
scholæ,
Ecclesiæ
&c.

Alias ab-
lactati
pueri ef-
sent ex-
pellendi,

35. Si sola homini moderno ratio sufficeret, nulla si opus esset auctoritate, moderni homines pueros suos incidere semel valentes in publicum propellerent, quemadmodum aves è nido proturbant pullos cum semel pinna succreverunt. Moderni homines nullas id genus ædificarent ædes, quibus erudiuntur rudes. Imo Scholas, Ecclesias, Pædagogia à majoribus multo sumptu excitata atque dotata, jam destruerent, aut in granaria & apothecas converterent velut res *moderno statui sola ratione indigenti* supervacuas, quamvis, majoribus nostris servierint, qui forte alii quam nos homines fuerunt.

& pæda-
gogia con-
vertenda
in grana-
ria;

quia ef-
sent no-

36. Quinimo hæ vastatio-
nes fieri omnino debebunt,

si heterodoxi verum dicunt: *xia solitarii, &* Vero enim obtemperandum *est.* Quod nocumento est adeo *Juri naturæ:* reipublicæ modernæ hominum eamque evertit, est evertendum omniaque quæ nocumentum tale nutriunt ac fovent. At vero *Auctoritas* præ *Primis Religionis Catholica* nocet reipublicæ hominum modernorum, quæ petit sola ratione administrari secundum Jus naturæ sola ratione constans; per auctoritatem autem præcipue Catholicam evertitur. Ergo exturbanda est auctoritas præcipue Catholica, & quidquid auctoritatem nutrit, fovet, sustinet, auget: Auctoritatem vero nutriunt Ecclesiæ, Scholæ, Pædagogia: Hæc igitur sunt radicitus extirpanda, seduloque ab omnibus reipublicæ Jurisque naturæ amantibus cavendum, ne, quamdiu homines sunt tales quales nos, ullo unquam tempore reædificentur.

37. Quam pulcre hæc in quod erit scena Saturnalia produce- ludo fa-
rentur spectanda, ridenda. turalium
Nisi potius deslere conveni- simile.
ret infelicitatem temporum nostrorum, quando non pauci

pauci doctrinis tam monstruosis dant manum. Qui sane documento sunt, falsam esse jactationem, quæ sæpe in circulis auditur & legitur in libris, seculum nostrum tantopere præ reliquis antiquis esse acutum, doctum sapiens, & *Regnum rationis* nunc in Auge esse. Si enim ratio nostra exueretur omnibus iis auctoritatis divinæ humanæque adminiculis, non video quomodo regnaret ea ratio nuda ac sola; tam parum quam quomodo vincat Imperator destitutus ac solitarius. Præcipue vero si quis præfracte contendat, ad victoriam obtinendam non posse modo abesse exercitum & arma, sed ea etiam abesse debere, atque arma cum exercitu victoriæ nocere.

*Regnum
rationis se-
culi mo-
dorni non
est*

*Rationis
solius.
à simili.*

38. Hæc autem Juris naturæ larvati doctores passim docere, in *Larva detracta* exponimus, & vel ex uno sophistico Puffendorffii libello *de Habitu Religionis Christiane ad Jus naturæ* manifestum est.

Hetero- 39. Rursus igitur com-
doxi hanc probavi quod volebam,

nempe si heterodoxi contendunt, salam rationem *JURI NATURÆ* modernorum hominum sufficere, eique auctoritatem nocere; hoc ipsorum principium tendere ad modernum hominum statum evertendum & immutandum in alium fictitium ab hoc moderno reali penitus diversum. Scilicet in quo nemo filios suos doceat, moneat, compefcat, neque aliis docendos compefscendosque permittat, sed faciat sylvestrium more virgultorum adolescere suæ *solitioni* relictos.

Tertia Conditio status hominum modernæ Germaniæ.

40. Tertio. Moderni Germani utuntur multis multa dilibris, tum per cives suos scriptos tum per sapientes aliarum gentium, Græcorum, Romanorum, Barbarorum, præcipue vero libro qui vocatur *Biblia*, quo nullus inter Germanos sæpius scribitur ac legitur. Utuntur autem his libris ad duo præcipue: Primo, ut rationem omni jam ante dicta discipli-

na nondum satis adjutam, adhuc amplius juvent, necessariaque lumina ex horum mortuorum magisterio obtineant. Tum ut regulas earum ratione non comprehenditur.

Exemplum.

41. Accidit nempe quotidie ut homines praesertim aliorum rebus fortunisque praefecti haereant, sitne hoc, illudve justum? Sitne per conscientiam fas hoc agere, illud discernere? Executiunt omnes suae rationis angulos, consulunt amicos sapientes. Non fit satis rationi suae. Ergo accedunt Bibliothecam, ex armaris depromunt tres, septem decemque auctores notae auctoritatis, probitatis & doctrinae. Vident aliquos consentientes. Ita jam quieta conscientia sequuntur securi coram DEO & hominibus. Cum primis siquid in libro Bibliorum decretum invenit: quem pronus sequitur etiam nulla ratione redita. Raro enim Biblia reddunt rationem, sed pro auctoritate loquuntur, unde

agnoscitur hic esse sermo Domini, cujus est imperare non rationem sermo reddere.

42. Atque hunc quidem, quem dixi, in modum agunt moderni in Germania homines, ut egestati rationis suae undecunque aliquid emendicent.

43. Jam vero heterodoxi illi statuerunt principia sua pro modernis, ut supponitur hominibus, iisque Germanis ad suas scholas ventitantibus. Homines autem pro quibus ipsi scribunt ratione sola justum agnoscere debent omni auctoritate remota, praesertim libri Bibliorum. Ergo moderni homines Germani sola ratione contenti debent omnes libros exurere; praeter omnia tam vetera quam nova, Patres omnes, Concilia omnia, Philosophos & quidquid haecenus ad vitae regulas consultum fuit a Germanis, debent in rogos conjici aut in lacum Acronium demergi.

44. Ecce tibi quam belle causa suae serviant larvati Nempe Juris ut Catho-

Hic religio testibus & armis destituitur.

Et religio cerebrina inducitur.

Objectio Germani sequuntur libros non ut sunt homines. Alias veteres non fuissent homines.

Sophisma ostenditur.

Juris naturae scriptores, quibus hac sua scriptio aliud majus propositum est nihil, quam ut Catholicae Religionis exitium, si fieri posset, comparent. Neque Jus cerebrinum alio fine introductum volunt, quam ut etiam religio eorum cerebrina regnet, quae pronissimo cursu in nullam proruit.

45. Progreditur hic aliquis personatus in medium. Moderni Germani habent, consulunt, & sequuntur libros: hoc autem non faciunt ut homines: alias veteres Germani non fuissent homines, quod libris carerent. Jus naturae autem convenit homini ut homini: Ergo etiam ejus agnoscendi principium debet esse tale, quod homo ut homo possideat. Qua propter denique sine libris Jus naturae agnoscendum est, qui hominibus non ut hominibus adsunt.

46. Papae! invictus & in stygia aqua incoctus Achilles, apud quem non patet vulnere locus, nisi in planta pedis, hoc est in fundamento, cui insidit.

47. Faciamus hujus argumentationis periculum. Moderni Germani ad militandum habent, cudant, utuntur armis, bombardis &c. que: sed hoc non faciunt ut homines; alias veteres Germani non fuissent homines utpote bombardis carentes. Militia autem & defensio convenit homini ut homini: ergo etiam militiae gerendae instrumentum debet esse tale, quod homo ut homo possideat. Qua propter necesse est sine bombardis gerere militiam, quae bombardae homini non ut homini adsunt.

48. Aliter idem cavillus ostenditur, ac propius. Milites moderni utuntur bombardis: hoc autem non faciunt ut milites: alias veteres non fuissent milites, qui bombardis carebant. Militia autem convenit militi ut militi: ergo etiam militiae instrumentum debet esse tale, quod miles ut miles possideat. Qua propter denique sine bombardis militia gerenda est, quae militi non ut militi adsunt.

49. Heterodoxi cum Logicam suam & scientificam nomen in-

venire relinquitur heterodoxis

nostram logicam ridentibus.

Homo ignorans ut homo

utitur libris ut homo

abstractio saepe ridicula.

Exemplum

methodum super astra semper extollant, absque ulla difficultate invenient ubi & quale hic lateat sophisma. Ipsi igitur hunc laborem relinquo, cum nostram Logicam nonnisi risu excepturi essent. Mihi jam satis est exhibuisse, hanc argutationis in nos factæ non esse legitimam rationem.

50. Ceterum hoc unum addo. Is cui aliquid deficit *ut tali*, defectus etiam supplementa quærit *ut talis*. Stomacho gravaris ut æger: æger es ut homo. Igitur pharmacum quæris non tantum at æger sed ut homo. Eundem in modum cæca est ratio aut lusca tibi ut rudis: rudis es ut homo: Ergo lumen quæris ut homo æque ac rudis. Num à libris capias lumen, num à vivorum consiliis, num à divino oraculo, materiale est: tibi, id est huic ignoranti Rationi tuæ, quæ sola cæca est, necessarium est *lumen aliunde missum*.

51. Quodsi aliter & ultra vis abstractionibus ludere, incidet in tenebras Cimmerias. Homo (dices) ignorans est non ut rationalis,

sed ut animalis, carneis organis involutus, quæ impediunt. At enim Jus naturæ convenit homini non ut animali, alias pecora quoque & amentes & infantes justitiam colerent naturalem: sed convenit ei ut rationali. Ergo medium etiam & principium Juris agnoscendi debet esse tale, quod possideat homo non ut animalis sed abstracte ut rationalis. Qua propter omnia media sensibilia, omnes species sensibiles, omnes sensus, omnes nervorum tensiones, cerebrum, cor, & ipsa famosa glandula pinealis procul abesse debent ab homine cognituro Jus naturæ; quia hæc omnia possidet homo non ut rationalis, sed ut animalis.

52. Hæc autem si vel *umpronum* bram sanæ rationis præfese- in fanat-
runt necesse erit hominem- tismum
justum futurum ambulare in &c.
mirabilibus super se, & neminem posse intelligere jus naturæ, nisi se faciat Molinistam, Quietistam, Convulsionarium, Quackerum, aut siquod est aliud fanaticorum & libenter stultorum genus.

53. Quo-

Tertia conditio status moderni detrahatur per heterodoxos.

53. Quocirca nos ex hac etiam tertia conditione status humani moderni palpabile fecimus, heterodoxos, si sola ratione à modernis hominibus jus naturæ decernendum contendant, hoc agere, ut moderna hominum conditio & status penitus in alium novum, longe diversum, transfundantur.

Quarta Conditio status hominum modernorum.

Tot admittendum tollunt hæsitantiam:

54. Ea est tam imbecilla, ut post tantam auctoritatem & disciplinam & cum ipsis libris non solum sapientissimorum hominum, sed etiam divino spiritu dictatis, nihilominus in innumeris occurrentibus agendis æque ac cogitandis adhuc dubitent, hæreant, ægreque aut sæpe omnino nihil decernant. Quis se nobis vadem præstabit, omnia juris naturæ officia jam nunc in Germania nostra esse certo decerta, ac de omnibus constare?

55. At sumus tamen instructi luminibus tot nostro-

rum tot externorum sapientum, quorum pars magna vitam omnem in meditanda juris naturæ vitæque humanæ regula fere unice exege- runt?

56. Quid futurum fuisset si & his & omnibus aliis subsidiis destitutam exutamque rationem implumem teneremus?

57. D. certe Wolffius post tantum sapientum numerum multis locis gloriatur, quanta à se de novo in jure naturæ reperta fuerint, quæ nemini hæcenus in mentem venerint: ex quo non clam sed palam arguendum vult, suum librum ad jus naturæ intelligendum non solum Germanis sed omnibus hominibus necessarium plane esse; quia non soli Germani, sed omnes homines adhuc caruere his suis inventis.

58. Si necessaria est juri naturæ Wolffii doctrina, plura jam mihi subeunt, quæ requiram.

Primum quæro, An ratio sola sufficiat? Si sola: ergo non est necessarius Wolffii liber.

liber. Si necessarius est Wolffii liber & doctrina? ergo ratio sola adhuc non sufficit; neque sufficere porro, quia etiam post Wolffium venient, qui detegent forte aliquid in J. N.

an est necessarius ut hominibus?

59. Deinde quaero si necessarius ex Wolffii liber, an est necessarius Germanis ut Germanis, an ut mathematicis, an ut animalibus, ut hominibus, ut rationalibus tantum? Utrumlibet respondeatur nihil fit. Ante hanc scientificam inventionem homines habuere Rationem solam; sola suffecerat; ergo quid est quod ea non perviderunt, quæ Wolffius nunc demum invenit?

Retorſio

60. Ego, qui hanc argumentandi viam paulo ante, & in Larva etiam detracta ostendi non esse legitimam, jure tamen adversus hos eadem utor ad meliora propugnanda, cum ipsi eadem abutantur ad mala, & præcipue Puffendorffius ad Religionem Christianam jure civitatis exuendam. Telum enim quaecumque ab adversario immittitur bonum an malum, in eundem jure retorquetur.

Hæc fuere nobis adhuc pugnandi leges & artes disputandi, quas perturbata heterodoxorum logica eximi nobis haud patiemur.

61. Quocirca ex hac quarta hominum qui nunc sunt conditione apparet denuo, heterodoxos, qui solam rationem Juri naturæ pro moderno statu sufficere contendunt, modernum statum tantum velle qui non sit modernus, sed mutatum in contraria id est non ignoracem, non obnoxium deceptioni, non indigum magisterii.

Quinta Conditio status moderni hominum nostrorum.

62. Longissimo labore, librisque eruditi homines & ingenii fere summi in multis rebus agendis iisque magni ac maximi momenti contraria inter se sentiunt & dum vivant propugnant. Vid. Num. 202, &c.

63. Non est animus proferre in medium periculosa hæc litigia, cum fieri possit ut

Quar tanta conditionem modernam a modernis tollunt heterodo-

Post ad- minicula manent adhuc graves dissensio- nes

ut hic libellus incidat in manus minus exercitatus eorum, qui talia non sine offensione legerent.

Cujus è certantibus ratio vincet?

64. Quæ, oro vos, cujusve è certantium hoc numero superabit ratio? Affirmantis an negantis? Germani an Itali? senis an juvenis! ejus qui nunc est superstes an olim defuncti? Hæret sane aqua. Nam qui volet ingenio cedere nullus erit.

an tertius arbiter erit

65. An potius transactione res componetur, ut tertio aliquo Rhadamanto superveniente aut uterque filere jubeatur, aut uterque aliquid de suo cedere, ut medium aliquid pro justo habeatur inter affirmata & negata.

an populus?

66. Quis denique rationis secum pugnantis judex erit? Populus? quem Wolffius ac Puffendorffius volunt stare judicio altiora sapientium.

an docti?

Docti? quorum maxime pugna est. Et inter Doctos Aristoteles an Plato? Zeno an Epicurus? Cicero an Porphyrius? Augustinus an Calvinus? nam permittamus huic hanc doctrinæ alicujus

an Aristoteles, Plato, Scotus, Wolffius?

laudem, quippeni? Scotus an Wolffius! D. Thomas an Puffendorffius?

67. Appage hos omnes, Ratio IP- in clamat è scholæ pergula SA, inquit Heineccius. Ratio IPSA, IPSA in promptu, adsit ratio oportet, quæ litigiosa discriminet. Bona nova vir bone affers. Unum te efflictim oramus, ut manu

prona comprehensos nos sine mora ad reginæ hujus alta palatia deducas. Sequemur, licet forte impare passu, quemcumque petieris orbis angulum. Tibi enim hanc judicem appellanti ignota ejus esse atria nequeunt. Heus, hui, loquere Heinecci, effare per DEUM! Altum silent omnia. Nihil in Heineccii; libello extat, quo agnosce libret, quæ vel ubi sit judex unica, ad quam provocat, IPSA Ratio litigantium inter se doctorum judex.

Sed ubi habitat IPSA ratio?

68. Et hætenus domi mansimus. Efferamus jam pedem in publicum. Cum inter se gentes dissentiant, de justo & injusto, duellum multo est acerbius, multo gravius & desinens in mortes violentas, rem juri naturæ gravem.

D.

Nam

ob justis
dissen-
sionem se
mutuo
occidunt,

IPSAM
rationem
invocat
Heineccius,
offertque
in libello
suo ex
aliis de-
scripto

Nam propter justis & injustis
dissensionem inter se armis
corruunt, ad innumeras etiam
vere innocentium cædes &
excidia provolant, quemad-
modum Plato in Alcibiade I.
animadvertit. Hic accurre-
te cives docti, hic enim vero
præsidio opus est. Bono ani-
mo nos esse jubet Heineccius,
velut qui præsentissimum
remedium tantis malis
in manica gestaret. *In prom-
ptu*, inquit in præfatione
sua, *debet esse IPSA RATIO*,
cum Iapanes cum Sinensibus
de jure decertant. Spondet
sibi ex tribus suis pagellis
componi orbem terrarum
bellis exardescentem posse.
Nec enim ad solam Germano-
rum sed & Iapanum pacem
suas extendit spes. Spes
inquam: hac quippe spe, nisi
me frons decepit, sua ver-
sus folia implevit, ut quan-
do ex antiquis doctoribus,
auctoritate S. scripturæ & D.
Thomæ utentibus, Iapani-
bus imperari pax non possit,
ex suis demum chartis, haud
dubie *Ipsam Rationem* Iapanum
reginam in sinu gestantibus,
imperetur. *Quantum est in rebus inane!*

Hetero-

69. Quinta itaque hac

conditione exposita videor
mibi haud obscure docuisse,
Heterodoxos, Jus naturæ
sola ratione inter modernos
etiam homines agnoscendum
dijudicandumque jubent,
statum modernum non
modernum sed immutatum
aliisque conditionibus præ-
ditum velle.

Sexta Conditio modernis status nostrorum hominum.

70. In moderno statu mor-
tali plurimi in rebus parvi &
magni momenti, quamquam
ratione præditi, errant, fallunt
& falluntur ita ut errorem non
modo alii sed & ipsi sæpe
agnoscant. Excepto D. Wolffio,
qui in his se errare non posse
scientificè demonstratum habet.
Quod ipsum profiteri nos in
Larva detracta Cap. XVI. initio
ostendimus. Them. II. ex ejusdem
libro: *Vernünfftige Gedancken
von der Menschenthuen und lassen*.
In cujus proœmio §. 11. sic ait.
*Qui sine præjudicio & cum
capacitate in scripta mea incidit,
inveniet, veritatem esse quidquid
hic scripsi.*
Diu

doxi sta-
tum mo-
dernum
non mo-
dernum
volunt.

Post tot
admini-
cula fal-
limur ad-
huc:

*Diu est, quæ DEI sit laus, quod
à deceptione mei ipsius in ejus-
modi judiciis sim immunis: eo
quod rem ex suis INTERNIS
principiis dijudicem, nihilque
mibi sit rei cum EXTERNIS
&c.* Quia internis, hoc est
sola ratione utitur in morali-
bus, ideo decipi non potest:
nam si externis hoc est *aucto-
ritate* uteretur maxime divi-
na, deciperetur.

quod de-
monstra-
tione non
eget.

71. Valde inhumanus est
& rerum humanarum expers,
qui hujus rei à mei demon-
strationem exigit. Nemi-
nem credo facile fore, quem
non aliquando facti, decre-
ti, judiciive sui poeniteat.
Vastissimum est ignorantia
inter nos regnum, unaque
funestissimi ejus effectus, quæ
innumeros peremit innocen-
tes, evertit imperia, reli-
giones corrumpit, animas in
interitum præcipitavit.

Erroris
maxime
vis etiam
contra
jus.

Exempla.

72. Tantaque est igno-
rantia & erroris vis, ut ne-
cessitate adducti eam nobis
contra ipsum etiam jus ad-
vocatam & tutricem consti-
tuamus. Læsi amicum, per-
cussi fratrem, neci dedi pa-
trem & matrem, dejeravi
superos inferosque? Feci

ignorans, errore inductus:
Tutus sum, innocens ac
purus. Non me tuetur vo-
luntatis imbecillitas: Ratio-
nis caligo & à culpa eximit
& protegit à supplicio.

73. Isti vero heterodoxi Hetero-
Rationi soli tribuentes om-
nia suo sibi pugione jugu-
lum secant. Rationem ha-
bent: Ratio *sola* SUFFICIT
ad agnoscendam non parti-
culam juris naturæ, sed jus
naturæ in univèrsum. Igi-
tur nihil debet esse quod
non ratione hac unice suf-
ficiente acutum perspiciant.
Et quomodo errent hi? aut
quod sibi ab errore & igno-
rantia patrociniū mendica-
bunt? Intercedet excusatio
hi sola & *ipsi ratio* & prodi
majestatem suam ab his suis
domesticis indignata quere-
tur.

excusa-
tionem
erroris si-
bi præci-
dunt,

74. Ne jam prolixo ser-
mone abutar lectoris patien-
tia, finio hanc partem, qua
considerata liquidum fit, he-
terodoxos *sola rationem*
justitiæ ducem modernis ho-
minibus præficientes, mo-
dernos in alium statum de-
mutare, & nemini ignoran-
tiæ excusationem relinque-
re vel erroris.

Septi-

D 2

Septima Conditio
hominum modernorum.

Errori
obnoxii
etiam sa-
pientes

75. **M**oderni homines er-
rori & ignorantiae
obnoxii sunt non solum ru-
des & juvenes, sed grandae-
vi & disciplinis experientia-
que subacti.

76. Recte adeo Jctus di-
xit, se etiam si alterum pe-
dem in tumulo haberet ad-
huc tamen aliquid velle ad-
discere: agnoscens quantum
sibi deesset; qui nostrae con-
ditionis hominibus praecipuus
solet esse quantumvis multi
studii fructus, *intelligere,*
quantum nescias.

77. Longe alia sit oportet
hominum conditio, quibus
Heterodoxi *solam rationem*
ducem sufficere decernunt.

Octava & Nona
Conditio Hominum qui
nunc sunt.

Ratio im-
peditur
externis,
& ex sua
met limi-
tatione

78. **M**oderni homines ra-
tionem non solum
propria intrinseca limitatione
obnoxiam habent errori &
ignorantiae, sed etiam ex-
ternam

79. Volat ratio mea in Ratio ad-
inferius mundi hemisphae- modum
rium consideratur ibi quae vaga,
necessè sunt: Momento ci-
tius etiam nolente me domi
jamjam est.

80. Frænum ei addo, ut
restitet, atque hoc jam quod
præ manibus est contempletur
instantius: subito nec
volenti mihi nec advertenti
evasit, sidera avernum-
que omnem jam pervagata
priusquam id me advertat.

81. Ad decernendam de locorum
justo dubitationem oportet tamen
cognoscere distita pluribus distantia
forte simul locis. arcetur,
Possit ratio, si sola subsisteret, hæc
forte nutu uno perspicere;
sed hanc carnem & ossa se-
cum asportare non potest.
Dum nuntia veniunt, occasio
elabatur, error committitur.

82. Ipsa rerum ad vitæ & rerum
regulam, sine auctoritate, multitu-
dine,
necessariarum & cognoscen-
darum immensa multitudo,
longe excedit hominis vim
atque atatem, quæ non ad
hoc solum sed ad dentibus
etiam prospiciendum à mul-
tis impendi magna ex parte
debet. Dimidium vitæ au-
fert

fomno, fert fomnus & pastus; qua-
drantem amici, fabulæ,
adversis reliqua corporis cura: ejus
&c. quadrantis quod superest,
furantur morbi, res adver-
sæ, lites, alia multa.

Moder-
nam con-
ditionum
modernis
auferunt
Heterod.

83. Hanc conditionem
auferre modernis homini-
bus, hoc est ex modernis
non modernos facere debet,
qui solam his sufficere ratio-
nem jubet.

Decima ac Undeci-
ma conditio modernorum
hominum.

84. **M**odo qui sunt homi-
nes, ii multis rebus
internis atque extraneis sæ-
pissime impediuntur à ratio-
nis usu ad dispiciendum mo-
mentosa necessario.

Passiones
rationem
turbant.

85. Omnis illa passionum
turba, quarum undecim nu-
merare philosophi solent,
verum cognoscere sæpissime
numero prohibent.

Amor

86. Amor male feriatus
tragica hujus rei exempla
edidit, quorum cum sint mul-
ta adeo decantata, ut etiam
pro scena exhibeantur; alia
occultiora longe sunt plura.

87. Odium non Nover- Odium,
cale modo, sed & fraternum
& quodlibet aliud crasso ve-
lo rationem obnubere solet.

88. Quid non habendi di- Cupiditas
ra libido & auri sacra fames justitiæ
imponit iis maxime, qui jus inimica,
tractandum habent; Nulli
rei quam justitiæ inimicior
cupiditas est, excæcans in-
tellectum ut videns non vi-
deat, ut jus cernat ubi nul-
lum est jus.

89. Non enumerabo ce- Ira, metus
teras rationis pestes, Tram, &c.
tristitiam, metum potentio-
rum, non excellendi cupi-
dinem, hostes domesticos.
Sunt etiam externa vitæque
carentia quæ turbent. Puta Vinum
vinum, aëris intemperies,
amici, uxor, liberi, vicini,
hostes, mortes necessario-
rum, bella, cerimoniarum, ne-
gotiorum multitudo.

90. Hæc omnia detrahere Conditio-
nostris hominibus debet qui nes mo-
eos *solâ ratione* ad justum co- derni sta-
lendum uti præcipit. De- tus afe-
bet enim facere ne passio- runt he-
bus ceterisque circumve- terod.
niantur moderni homines,
hoc est facere debet ne mo-
dorni sint moderni.